

Patris

Ingressus apollonius iussit eum adu-
ci ad se dicens. hic panymphus meus
qui mihi post naufragium opem dedit
ad ciuitatez venire ostendit et dixit ei.
Ego sum apollonius tyrus et iussit sibi
dari. cc. sestercias seruos et acillas et fe-
cit eum comitem suum quodiu vixit. Cla-
matis qui ei de antiochio nunciavit pe-
dens ad pedes apollinij et ait. Vemoz
est domine elamiti serui tui. Apolloni-
us apprehensa manu eius crexit eum se-
citque eum diuitem et ordinauit in comi-
te. His expletis genuit apollonius fili-
um de coniuge sua quem in locum aut sui
alustratis constituit regem. Dixit apol-
lonius cum coniuge sua. lxxxvij. annos
et tenuit regnum antiochie et tyri et ty-
renesium quiete ac feliciter casus suos
descripsit ipse duo volumina pfectiorum
in templo ephesorum: alterum in sua bi-
blioteca collocauit defunctus est et per-
texit ad vitam eternam. Ad rē.

De celesti patria.

Capitulum. clxij.

Narrat gerua

sius quod in eodessa ciuitate ob-
pntiaz sancte imaginis xpi
nullus hereticus viuere potest. nullus pa-
ganus. nullus teolorum cultor. nullus iude-
us. Sed nec locum illum barbari possunt inua-
dere. Si quoniam exercitus obuenit hostilis
stans super portam ciuitatis innocens pu-
erulus eplam legit et sic eadem die qua le-
git eplam: aut placant barbari: aut fugi-
unt effeminati. *Moralizatio.*

Carissimi.

Hsta ciuitas est ciui-
tas illa de qua in apocalypsi dicitur. Vidi ci-
uitate sanctam hinc descendente de ce-
lo nouam sicut sponsam ornata viro suo
Ciuitas illa constructa est ex vitis lapideis

celestis

.i. sanctis martiribus et alijs xpo deuotis
et placentibus: in qua propter presentiam
sancte imaginis xpi nullus idoloz cultor:
aut hereticus necqz barbarus aut det-
accedere nec locum illum inuadere. Vel
ciuitas ista potest dici corpus nostrum
In quo propter presentiam sancte imaginis
xpi. i. anime in seculo et per baptismum a peccato
originali loter: nullus hereticus. i. nulla dy-
boli versutia aut pompa viuere potest.
quoniam in baptismo deo firmiter adherere
promissimus. et dyaboli pompis adrenu-
ciauimus. Quoniam homo ad imaginem trini-
tatis sancte factus et creatus est. *Uel dicitur
Geni. i. faciamus hominem ad imaginem et
similitudinem nostram.* Ideo dyabolus in
eo post baptismum viuere non potest nisi
homo voluerit. Hostis enim noster ita
bilis est quod neminem lupate poterit nisi
homo voluerit. Sed nec locum illum
barbari possunt inuadere. Barbari sunt
peccata mortalia que per presentiam diuine
gratie animam nostram inuadere non possunt.
Et si ex fragilitate conditionis nostre
et carnis suggestionem anima per peccatum
aliquod mortale aut saltem enozime in-
uaditur: puerulus innocens. i. consciencia
temor dicens: exercitum hostilem ob-
uenientem per epistolam confessionis
debet repellere: et post confessionem pro
peccatis satisfacere. Et sic eadem die quod
puerulus stans in porta id est in incho-
atione bone vite epistolam emendationis
et confessionis legit: toniens quod
ens barbari conscienciam inuadentes et
bonum opus nostrum retardantes aut
placantur aut effeminati fugiunt. Sed
nunquam placantur quia dum bona opera
nostra conspiciunt: plus in temptatione
furiam vertuntur et insaniunt. Si
autem ex lapsu carnis nos in presenti
laqueum inciderimus: nullam tamen
ex hoc placationem dyaboli ut a tempta-
tione vlla desisteret habere poterimus.